

Beiheft.

S. 67

[nach 1279.]

[23]

 Das Stift Breden bekundet die Verzichtleistung der Beatrix auf den
Zehnten des Hofes Rathmen.

. . . Nos preposita, decana totumque capitulum secularis ecclesie Vredenensis universis et singulis presencia visuris notum esse volumus, quod Beatrix, filia Rodolfi militis dicti Bravant, quondam domicella reverende domine nostre abbatissae Marcilie, decimam curtis Ratnen, quam eadem domina M. et B. predicta insimul emerant erga nos ad tempus vite sue, resignavit simpliciter in manus nostras post mortem eiusdem domine M. et renunciavit omni iuri, quod sibi competit in eadem. Ut autem hoc factum a memoria suc[cedentis?] ¹⁾ temporis non decideret seu la[beretur]¹⁾, presentem cedulam scribi fecimus et in conclave reservari. Acta sunt hec coram nobis istis presentibus, domino Johanne, domino Jacobo, magistri Th(eoderico) scolastico, Rotgero Slinewater, . . . ¹⁾ Erle, Everhardo Temminc, Ludolfo de Cippo (?¹⁾), Lamberto de Sorna (?¹⁾) et . . . ¹⁾ de Lapidea domo ac aliis quam plurimis fide dignis.

Orig. (oder Concept?), ohne Spur von Siegel, angenährt an die Urkunde von 1269 Aug. 11. Lade 217, 1 Nr. 8. Die Datierung bestimmt sich durch den Tod der Äbtissin Marcella (also nach 1279, vergl. Btschr. 32, S. 151).